



1792

*
1. Aca

II

200

m

2. *

3. Ba

m

a

4. J

cs

5. G

2

a

F



943

No: 1138.
1792, 12.

DE
LEGIBVS AGRICVLTVRAE
CAVSA IN SAXONIA ELECTORALI
LATIS,

SPECIMEN SYMBOLARVM AD HISTORIAM
AGRICVLTVRAE VETERVM GERMANORVM ALTERVM

QVO

AD AVDIENDAM

ORATIONEM ADITIALEM

QVA

MVNVS PROFESSORIS OECONOMIAE
PVBLCI ORDINARII
CLEMENTISSIME SIBI DEMANDATVM

D. I. DECEMBER. A. MDCCCLXXXII

AVSPICABITVR

HUMANISSIME INVITAT

FRIDERICVS GOTTLLOB LEONARDI

PHILOSOPHIAE DOCTOR LIBERALIVM ART. MAGISTER,
OECONOMIAE PROFESSOR P. O. ELECTORALIS
OECONOMICAE LIPSIENSIS ET NATVRAE CVRIOSORVM
HALENSIS SODALIS.

LIPSIAE,

EX OFFICINA KLAVBARTHIA.



LEGIFAS VORICATIARVE
CIVAS IN SAVONI TECSTORVII

SPECIEI SYMBOLARVM AF. HISTORIARVM
VORICATIARVE ET TECSTORVII SAVONI TECSTORVII

470
MAGISTER ADIPENDENS
CONVENTIONIS AQUITANIAE

471
LITERA PROSATORIS OECOMONIAE
PUBLIC ORDINARIAT

472
CONVENTUS DE MUNICIPALITATIBVS

473
CONVENTUS DE MUNICIPALITATIBVS

474
CONVENTUS DE MUNICIPALITATIBVS

475
CONVENTUS DE MUNICIPALITATIBVS

476
CONVENTUS DE MUNICIPALITATIBVS

477
CONVENTUS DE MUNICIPALITATIBVS

478
CONVENTUS DE MUNICIPALITATIBVS

479
CONVENTUS DE MUNICIPALITATIBVS

480
CONVENTUS DE MUNICIPALITATIBVS

481
CONVENTUS DE MUNICIPALITATIBVS

482
CONVENTUS DE MUNICIPALITATIBVS

483
CONVENTUS DE MUNICIPALITATIBVS

DE LEGIBVS AGRICVLTVRAE CAVSA IN SAXONIA
ELECTORALI LATIS, SPECIMEN SYMBOLARVM AD
HISTORIAM AGRICVLTVRAE VETERVM GERMANO-
RVM ALTERVM.

Honorificentius sane nunquam impositum milii fuit officium, quam illud, quod in praesentia, munus Professoris Oeconomiae Publici Ordinarii a SERENISSIMO PRINCIPE ELECTORE Clementissime in me delatum rite capessendi causa et ordinis et pietatis ratio a me exigit.

Quum autem symbolas illas ante duos annos inchoatas hac opportunitate persequi apud animum constituissem, neque in delectu carum habendo tritas saepeque tractatas materias ad fastidium vsque recoquere placeret; cognoui in tanta rerum oeconomicarum abundantia de *legibus agrariis in Saxonia Electorali latis*, pauca admodum scripta reperiri.^{a)}.

A 2

Hoc

a) Praeter Ioannem Figardium rite praeter Bergium, quantum antiquis temporibus, et nostra ae. ego quidem sciam, nullus pecuniarem



IV

Hoc omnino mirandum est, si cogitauerimus, in numero rerum saluberrimarum, quotquot inuentae sunt, omnium, quarum quidem aetas ad originem ciuilis societatis accedit, agri colendi inuentionem et studium locum occupare suum; tum vero etiam, illo ipso tempore, quo res agrestis inuenta est, leges ciuiles habuisse originem: et si priores leges principum arbitria verius dixeris. b)

Historia omnium gentium, quae quidem ab humano cultu non defecissent, huius rei exempla nobis exhibet luculentissima, dum agriculturae legumque inuentarum beneficia et in aequalium frugem et ad posteriorum utilitatem literis consignanda curarent^c).

Nam

liarem legum agrariarum Germanicarum alicuius regionis collectionem conscripsit. Illius Collectionem, cuius quidem inspicie nuncquam mihi occasio fuit, inueniens in unclam libro, qui inscribitur: D. Melchior Sebitii funfzehn Bücher von dem Feldbau und recht vollkommenier Wohlbestellung eines bequemen Landstzes, sodann aus des H. D. Georg Marii publicirten Gartenkunst und fürt der Iohann Figardi I. V. D. colligirten

Feldbau, Rechten und Landstz ge rechtigkeiten hinzugehan worden. Straßburg 1588; Bergii autem liber inscriptos est: Polizey und Cameralmagazin etc.

b) cfr. Iustin. Lib. I. ab init. edit. Fischer.

c) cfr. Diodori Siculi Biblioth. Lib. I. c. 14. pag. 18. T. I. edit. Amstelod. M. D. C. C. X. L. VI. Fol.

Plutarchi Sympos. Lib. VIII. T. II. pag. 26.

Pau-



Nam cum agricultura, quae antiquissima aetate multis nota erat gentibus, simul et bonos molioresque mores induceret, et nouis hucusque ignotis artibus atque mercaturaे daret originem: in promptu est iudicare, ab eadem paulo post, ius ciuile esse ortum.

Argumento sunt, quae sequuntur, agrariae leges antiquissimae, quarum *prima* sine dubio erat *lex de agrorum diuisione*:^{d)} nam antea nec limites nec termini erant constituti,^{e)} sed quilibet vbiique locorum quaerebat vi-
etum.^{f)} Imo vero, teste *Macrobio*,^{g)} ex agrorum di-
visione iura sunt inuenta.

Cum illa lege de diuidendis agris arctissime coniuncta erat *lex de limitibus*, in qua quidem componenda et

A*grum* promul-

Pausanias Lib. II. c. 1 et 15. *Iustin.* Lib. XXXX, ep. 4. *Ovidii Metamorph.* Lib. V. vers. integr.

Aristotelis Politic. Lib. II. c. 7. 341.
pag. 103. Lib. VI. c. 4. pag. 251.
Lib. VII. cap. 1 o. pag. 263. edit. 10 sqq.
Lugdun. MDXC. Fol.

Homeri Odyss. Lib. VI. vs.
Lib. VII. cap. 1 o. pag. 263. edit. 10 sqq.
Martini Histoire de la Chine.

Aelianii Var. Hist. Lib. III. cap. 38. edit. Gronou. Lugd. 1731. 4.
Macrobii Saturn. Lib. I. cp. 7.
pag. XXXV. Lib. III. cp. 12. pg. LXXXIII. b. edit. Ioan. Rupii
MDXIII. Fol.

Lib. I. pg. 18 sqq.
Acosta Hist. des Incas. T. I. pg.

295. sqq.

e) cfr. *Tibulli Lib. I. Eleg. III.*

vs. 43. sqq.

f) *Virgilii Georg.* I. vs. 127 sqq.

g) vid. II c. lib. III.

Cicer. in Verr. Auct. IIII. cp. 49. V. cp. 72.

VI

promulganda summae antiqui legislatores curam atque diligentiam collocasse leguntur; ^{h)} huius vero legis originem *Virgilinus* ⁱ⁾ repetit a Iouis temporibus i. e. ab antiquissimis.

Sequenti aetate res agrestis, aucta hominum multitudine, plus laboris, diligentiae atque securitatis requirerat; et gentes illae, quae rei rusticae operam nauarent, vi erant coactae sua industria illud querere auxilium, quod sibi e rationibus suis praecipue esset necessarium. Ipsae autem nouae artes inuentae tam multis legibus dererunt originem, vt haec materia, si digne et ample sat, tironibusque utilis tractari debeat, tantae reperiatur amplitudinis, vt libri potius, quam libelli formam et ambitum poscere videatur. Nihilominus fatendum est, agriculturam visitato et vulgari modo administratam multis laborare vitiis, eamque diuersimode non opinione tantum et fictione, sed ipsa etiam re corrigi et emendari posse. Hinc sequitur legislatoris omnium primum esse officium.

^{h)} cfr. leges Romanorum agrariae.

Homeri Iliad. Lib. XII. vs. 421.
Lib. XXI. vs. 405.

Genes. Cap. XXXXVIII. vs. 14. — *Deuter.* XVIII. vs. 14.
Iob. Cp. XXIII. 2.

ⁱ⁾ *Virgilii Georg.* I. vs. 125.
sqq.

Dionys. Halicarn. Lib. II. pag. 133.

Festus sub Voce termino Lib. XVIII. pg. 586.

VII

officium curare, vt agros optimo modo colant posses-
sores.

Si leges, vt de re in vniuersum dicam, consilium
hoc sequuntur, vt communem finem, omnem felicita-
tem ciuium ad summam perfectionem perducant; ne-
cessere est, vt leges agrariae in primis partes rei rusticae
omnes ad fastigium bonaे conditionis adducant, quod
multorum temporum successu probatum est, rem agre-
stem esse primariam fontem verae salutis, quod datur in
republica.^{k)}

Verum hoc definitis, aequis, probis, prudenti-
bus atque maxime iustis tantum legibus perfici potest.
Harum legum attributa sunt haec: vt accurate conueni-
ant iuribus hominum innatis, iisque ab omnibus genti-
bus agnitis; ne ab agricultis iniustas seu potius stultas pro-
fusiones suorum naturalis libertatis poscant; ne praeter
necessitatem circumscriptioиe mancipii constituant et de-
nique vt cum plenam securitatem rei eorum priuatae
tum maxime illimitatum usum praedii rustici confir-
ment.^{l)}

Leges

k) Quantam fidem B. Impera-
tor Leopoldus II. huic sententiae
dederit, suis in rei agressis fau-
rem latis legibus probari potest.
vid. Edict. d. d. 29 Septbr. 1774

et d. d. 17 Iun. 1776. in Iselinii
Ephemeriden der Menschh. v. I.
1775. III Quart. II Th. n. II. pag.
85 edit. Lips.

l) Horum attributorum ne-
cessita-



VIII

Leges agrariae, his attributis insignes, si illi fini satisfacere velint, huic respicere debent: ut non solum geometrae prouinciam accuratissime dimetiantur sed etiam oeconomi prouinciae descriptionem distinctissime reddant; ad frugum fructuumque culturam atque securitatem; ad annonae mercaturam, ut ne ea super constitutum medium pretium ascendet; ad praediorum rusticorum conseruationem, ad molestia vectigalia et grauia servitia minuenda, ad venatus mitigationem; ad praemia diligentibus agricolis tribuenda, ad rem pecuariam, ad pratorum curam; ad horticulturam, rem forestalem, vicarum, apum atque bombycum curam; ut flumina et pisciniae bene colantur et administrentur, denique ad cerevisiae atque potus inebriantis, qui Brandtwein vocatur, coctionem.

Hoc

cessitatem iterum Leopoldus II. 1778. verbis: Der Staat darf dem ille et intelligebat et saepissime Gebrauche des beweglichen und un- fatebatur in suis legibus, vid. Declaration wegen des Luxus d. d. 10 beweglichen Eigenthums nicht unnöthige Hindernisse in den Weg le- Ostbr. 1787. his verbis: Der gen. vid. Dupaty Lettres sur l'Ita- Staat muss die Freyheit der Hand- lie Tom. I. lett. XXVI. — D. et lungen so wenig als möglich ein- Prof. C. D. Erhard Betrachtun- schränken; et Verordnung wegen gen über Leopolds des Weisen Ge- der Abschaffung des Magistrato de setzgebung in Toscana. Dresden und Paschi zu Siena d. d. 11 April Leipzig. 1791. 8. pag. 31.



Hoc vere factum esse, e Saxonica legum collectio-
ne ^{m)} probari potest: nam inter complura legislationis
documenta, quibus PRINCIPES ELECTORES
SAXONIAE legum collectionem ornauerunt, merito
etiam connumerantur leges ad rem rusticam pertinentes,
ex quibus, agricultura quid sit, elucet. De *re agresti*
cum in vniuersum agimus, non agriculturam modo in-
telligimus, sed etiam vineas, hortos, prata, compascua,
flumina, sylvas, metalli fodinas, rem pecuariam, ven-
ationem piscatumque, apes atque bombyces, nec non
opificia illa, quae ad has res sunt necessaria, quaeque in
pagis tolerari debent.

Hunc ordinem secuti nunc enarrabimus leges agra-
rias in Saxonia Electorali latae, de quibus ante Diui
Electoris *Augusti*, cognomine *Magni* maxime digni,
tempora, plane nulla sunt vestigia; et si *Albertus*, illu-
stris ille communis auctor Saxonicae Gentis Illustrissimae
agros Saxoniae per colonos belgicos emendandos curaue-
rat. Quae cum ita sint, illud Virgilii Elogium Augusti
hoc loco accommodari posse vere mihi videor esse dictu-
rus. ⁿ⁾ *Augustus* enim in Saxonia fundamentum bonae
conditionis in *re agresti* iacebat, non solum cura sua
agros

m) vid. Corpus Iur. Sax. et
Cod. August. in locis infra ci-
tatis.

n) Virgil. Georg. I, vs. 24—
42.

X

agros seu tractus desertos colendi, sed etiam tum, cum eos fundos ex rauher Wurzel oder gerodetem Lande in Erbzins et Lassgüther mutaret et suo ipsius exemplo agriculturam doceret idemque per suum Cammerpraesidentem Abram de Tumshirn scriptis docendos subditos curaret. °).

Primo igitur videamus de legibus peculiaribus, quae agrorum curam atque administrationem definiunt. Cum quaestuosa atque sedulae rei agrestis tractationi nihil tam perniciosum esset, quam desidia hominum; nec quidquam magis salubre, quam plures industriae studentes suppeterent: legislatores Saxonici semper hoc suum esse duxerunt, ut vtrumque curarent. Itaque Principes Saxoniae nullo non tempore leges hic pertinentes promulgarunt, quae sequuntur:

i) Le-

o) Oeconomica oder nothwendig auf die Churfürstl. Vorwerke gediger Unterricht und Anleitung, stelltet. Jetzo aufs neue in Druck wie eine ganze Haushaltung am verordnet durch Casparum Jugel nützlichsten und besten kann ange um Frankf. u. Leipzig. 1677. 4to. stellt werden, desgleichen von Künftlich Obstgarten-Büchlein Ackerbau samt einen Bericht von Churfürst Augusti etc. Jetzo aufs Vertreibung der Maulwürfe etc. neu von einem Liebhaber des Gar Alles auf Anordnung Churfürstens tenbaues wiederumb an Thg gegen Augusti Christseeliger Gedächtniss ben. Berlin 1636. 8. durch einen vornehmen von Adel

1) Legem prouinciae, quam vulgo vocant *Landesordnung Herzog Ernst und Albrechts* de ao. 1482. vid.
Corpus Iuris Saxonici 1673. fol. pag. 7. qua omnis desidia
graui poena notatur.

2) *Landesordnung Herzog Moritzens* de ao. 1543.
ibid. pag. 12 et 18. nulstat eum, qui pendente seruitio de-
sertos famulos recipit XX Florenorum Misnicorum.

3) *Descriptio Elektoris Mauriti et Ducis Augusti*
ad Politiam, Iustitiam etc. pertinens s. *Churfürst Moritzens et Herzogs Augusts Auschreiben die Polizey, Justitz*
etc. betr. de ao. 1550.

4) *Electoris Augusti Auschreiben* de 1555.

5) Eiusdem *Torgauisches Auschreiben* de ao. 1583.
ibid. pag. 488.

6) Mandata de annis 1617, 1621, 1630, 1651, 1652, C.
A. S. P. I. pag. 1529.

Respectu quidem praestationum rusticarum in pa-
gis duplex est fons atque ratio. *Aliae enim praestationes*
rusticis tanquam subditis a domino territoriali imponun-
tur, et hoc prae reliquis spectant *vecturae subsidia, Vor-*
Spann-Dienste, de quibus iam Descriptio Torgauensis
l. c. constituit, ut ne haec vecturae subsidia sationis et

XII

messis tempore exigerentur, cfr. l. c. pag. 146 et 496; aliae autem sunt *personales*, quibus liberi rusticorum domino praedii locare tenentur, quod vulgo *den Dienstzwang* vocant, de quo cognoscenda sunt

- 1) *Torgauisch Auschreiben* de 1583. in Corp. I. S. pag. 487.
- 2) *Gefinde- Boten und Arbeiterlohn Taxordnung* de ao. 1623. ibid. pag. 753 sq.
- 3) *Gefinde- Tage- und Handwerker- Ordnung* d. 24 May 1651. C. A. S. P. I. pag. 1529 sq.
- 4) *Ioannis Georgii II. Polizey- Ordnung* d. 22 Jun. 1661. ibid. pag. 1595 sq.
- 5) *Gefinde- Ordnung* d. 16 Jul. 1735. ibid. P. III. pag. 623.
- 6) *Erläuterter und verbesserte Gefinde Ordnung* d. 16 Novbr. 1769. ibid. pag. 967.
- 7) *Mandat. d. 6 Novbr. 1766. et dessen Erläuterung* d. 31 Mart. 1767. p)

Huc

p) *Leopoldus II. abrogavit in Etruria et manus subsidia atque eo. Etruria seu Florentia omnia verum loco introduxit quoddam ve- digal,*



XIII

Huc quoque pertinent prohibitions iuris emendi annonam ante alios^q); par ratio mensurae per totam prōvinciam, de qua re apud nos seuerissimae leges extant^r); ortus Societatis Oeconomicae Lipsiensis anno 1764. a multis viris bonis constitutae et a *Serenissimo Principe Electore confirmatae^s*) et priuilegium ephemeridis Lipsiensis, seruientis cognitioni publicae, vnde ab initio multa bona profecta sunt^t).

Ad meliorem rei agrestis conditionem inultum quoque fecerunt leges illae, ne ferae nimis augerentur^u) et ut rustici agrorum circumsepiendorum iura haberent^v); quae quidem omnia agriculturam in Saxonia a multis viitiis sanarunt.

A 3

Ad

eligal, quod vulgo 'Dienstgeld' vocatur; vid. D. Erhard lib. supra laudat, pag. 93. quod ipsum plures fundorum feudalium possesso- res in Saxonia quoque fecerunt.

q) Churfürst August Torg. Ausfchr. d. 1583. l. c.

r) Schmieder Polizeyverfaffung des Churfürstenthums Sachsen etc. pag. 626—640. et nouissimae sūr d. d. Dresden 14 Febr. 1754. et d. d. 25 Ian. 1765.

s) vid. Beylage zum 24ten Stück des Leipz. Intell. Blatt vom Jahr 1764.

t) vid. Leipziger Intelligenzblatt vom Jahre 1763. ab initio usque ad nos.

u) cfr. Erörterung der Landes- gebrechen d. 1601, 1603, 1609, 1612 et Schmieder l. c.

v) vid. nota anteced.

XIII

De reliquis rebus initio propositis atque de conse-
ctariis inde ductis alia occasione tradam; iani vero de
me pauca addenda sunt,

Placuit nimirum FRIDERICO AVGVSTO,
ELECTORI SAXONIAE SERENISSIMO, VERIS-
SIMO PATRIAE PARENTI, DOMINO MEO CLE-
MENTISSIMO per SVOS AMICOS, VIROS GE-
NEROSISSIMOS, qui res Academiae saluas et sospites
esse nullo non tempore vehementer cupiunt, munus
Professoris Oeconomiae Publici Ordinarii honorifico decreto
ante tres menses gratiosissime mihi deferre. Quo qui-
dem beneficio nihil vel votis meis iucundius, vel studiis
meis aptius contingere, qui inde a puero omnes oecono-
miae disciplinas persequutus sedulo sum, in quibus in po-
sterum quoque vel maiori studio elaborare animus est,
facile intelligi potest. Sed non satis est beneficii huius
magnitudinem venerari, verum etiam sensum pietatis et
deuotionis meae testificari, nec non ardentissima simul pro
SERENISSIMI PRINCIPIS PATRIS PATRIAE
etiusque AMICORVM ILLVSTRISSIMORVM salute
vota nuncupare. Ad quod munus maiorum solenni oratione,
de *Vinearum cura in Franconia* adeundum, cum
mihi *Calendae Decembris* concessae sint, TE RECTOR
ACADEMIAE, MAGNIFICE, VOSQVE bonarum
literarum in hac Academia MAGISTRI atque DOCTO-
RES



XV

RES LONGE CELEBERRIMI, Vos denique *Genero-*
ssimi ac Humanissimi Commititones, vt ad hanc meam
orationem conueniatis, summis precibus rogo. Cuius
VESTRAE humanitatis et benevolentiae documentum
per omnem vitam grata conseruabo memoria.



1

cis,
ine
um



Lipz, Diss. 1 1792



WDR





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Inches

No. 1138.
1792, 12.

DE
**S AGRICVLTVRAE
SAXONIA ELECTORALI
LATIS,**

YMBOLARVM AD HISTORIAM
AE VETERVM GERMANORVM ALTERVM

QVO
AD AVDIENDAM
ONEM ADITIALEM

QVA
OFESSORIS OECONOMIAE
UBLICI ORDINARI
NTISSIME SIBI DEMANDATVM
CEM B.R. A. M D C C L X X X I I

AVSPICABITVR
HUMANISSIME INVITAT
VS GOTTLÖB LEONHARDI

DOCTOR LIBERALIVM ART. MAGISTER,
E PROFESSOR P. O. ELECTORALIS
LIPSIENSIS ET NATVRAE CVRIOSORVM
HALENSIS SODALIS.

LIPSIAE,
OFFICINA KLAUBARTHIA.

